

GYMNASMA
In Canones Romani Calendarij
Tam GREGORIANI Fixi ac Perpetui,
Quam IULIANI Mobilis ac Temporarij.

EXERCITATIO Tab. I^a. B.

Qua dato quocunq; Anno, ante aut post N. Chri-
stum, ex Decennouennali s. Aureo N°, pro definiendo
Nouilunij termino, Epactalis Numerus exponitur. In-
serto generali Canone ad inuentionis NN° in Cyclicis ☽ ☉
et Indictionis, omnib. Mundi æratib. annis placentibus.

De quibus Canon 1. e^o 2. in Romano exemplo, q
ad nouum Calendarium, agit, nos hic in ijs quoq; summariam Expositionem à
prima Tabula B. capimus: sed in eo additamento, ut pari modo quoq; veteris Juliani Calen-
darij, in similium rerum ad inuentione, qualitas exponi possit, itemq; de utroq; tempore ^{hoc} Grego-
rianico quam reliquo Juliano usus etiam, in antea hæc Secula, requiri ut de presenti e consequenti
tempore, doctrinae constare valeat. Propriam nobilitatem Compositionis, ac diuinam qua-
sitionem Utilitatis, quibus nouum Calendarium exuperat veteris, illud Fixi ac perpetua-
tis nomine, hoc vero mobili ac temporario titulo, insigniuimus. Ratione n. collationis ad
Solarem resolutionem, Lunationesq; Syncras, easdem in medijs motuum terminis retinendis, hoc
Gregorianum nouum, non modo veteris Julianum, sed & reliqua genera Calendariorum, que uel in
usu publico aut alia quavis speculatione, hactenus fuerunt exposita, excellit: præsentim in eo
quod Aequinoctium verum in curriculo 21. dicitur Martij, inter duos Solis occasus, affigit, ibideq;
inde à conditi M. termino, in xx1. milena annorum, quasi ferre quodam clauistro comunit,
atq; insuper medianibus numeris Epactibus, singulari quodam artificio, Lunationes in Univer-
sum, sua perpetuitate in certis terminis annotare edocet.

Initium autem & fundamentum Expositionis in Computatione utriusq; Calendarij, sumitur
à cyclo Decennouennalis s. Auroi N. expositione: Qui est cyclo Lunaris in curriculo 19. anno-
rum civiliu[m] includens 235. Lunationes, ea in dispositione, ut duodecim annis 12. & septem
13. Lunationes comprehendantur. Huius cyclo, sicut et sequentis Solaris, documentum uni-
formiæ ac universale ad inuentionis [ut scilicet cognoscatur, qualis Numerus cuiuscumq; Anno conpe-
tit, aut in usum tam novi quam veteris Calendarij adscribendus veniat] ab anno 4713. ante
N. Christum, dependet: Illi n. est primitius terminus, qui à retroacta numeratione demonstrat
originem, ubi non modo hi duo Cyclo, Lunaris ac Solaris, sed etiam Indictionis, capitati loco, in
triplici sua unitate, congradiuntur, indeq; suas revolutiones deriuando, in diversas permutationes

runt,